# Beati Mortui Qui in Domino moriuntur opera enim illorum sequuntur illos. Ideo nomina eorum vivent in saeculum saeculi.

# Nomina et Cognomina Patrum ac Fratrum, qui in hoc Regio Sanctissima Trinitatis de Urbe ordinis Minimorum Nationis Gallicana Coenobio, Cursum Sua peregrinationis perfecerunt.

**1513:** Reverendissimus Pater Germanus Lionet qui ex Provinciali Turoniæ, secundus post Sanctum Patrem Franciscum; in totius ordinis Generalem electus est, in 2° capitulo
Generali Turonis celebrato anno 1511: ante expletum officii Sui terminum; terminum huius Vitae, virtute et meritis clarus: ut meliorem incoaret; invenit, die 5. Februarii anno 1513.

**1524:** Reverendissimus Pater Franciscus Binet ex Monaco Priore Maioris Monasterii ordinis S[ti] Benedicti, a B[to] P. nostro in ordinem receptus, ipsi fuit a Secretis et ob ipsius merita præclare et in agendis solertiam, in primo capitulo generali: post sancti Patris obitum, Roma celebrato; in benemeritum totius ordinis Generale; electus fuit ad quod munus iterum in capitulo Generali Tholosa celebrato anno 1514; et tertio in capitulo Generali anno 1520: Parisiis celebrato assumptus fuit, Semel at que iterum et 3° zelosi officio perfunctus, post expletum Sui tertii Generalatus officium, ad Requiem æternam aspirans, eam fæliciter in hoc Conventu invenit die 15: Februarii anno 1524: ipsius venerandum caput: quod tanta pro Religionis nostræ nascentis, in cremento, operatum fuerat, in sacristia Secreta dicti Conventus Religiosa asservatur in capsa Lignea picta et inaurata dum zelosi officium pro tertia vice incoaret.

**1558:** R.P. Joannes Barrua, vital istam misciam in meliorem commutavit anno 1558:

**1561:** R.P. Guiglelmus Bouneton finem vitæ istius sortitus est anno 1561

R.P. Joannes Birret, post elapsum huius vitæ terminum; requiem æternam invenit, anno 1561:

**1562:** R.P. Sigismundus terrera fastidiens ad Cœlestia transivit.

Frater Antonius Prevost oblatus de mense Junio finem Laborum Suorum Invenit alumnus Proa aquitania anno relig. professionnis 31.

Rdmus P. Joannes de Beauregard ex Provincialis Provinciæ Turonensis in Capitulo Generali Genuæ tertio celebrato anno 1559: in Generalem electus, post Laplotum Summa cum Laude officii Sui terminum, in hoc Conventu vitæ terminum Invenit.

**1564:** R.P. Franciscus Deido, pluries in istius Conventus Correctorem electus, zelans ubique istius Cœnobii incrementum Sicuti etiam regularis observantiæ in zelo Domini emisit Spiritum.

**1566:** R[dmus] Pater Hugo de la chaux qui postquam per Sex annos officio zelosi Summa cum Laude perfunctus fuisset, In Capitulo Generali Genuæ Secundo celebrato anno 1553: in totius ordinis Generalem, licet absens electus est, quo expleto: ad hunc Conventum reversus, inibi meritorum Suorum cumulum Invenit.

R.P. Salvius du Puits, in osculo Domini efflavit animam.

R.P. Nicolaus Collinet, Vitam mortalem cum æterna commutavit.

**1566:** R.P. Petrus le Breton, Sortem meliorem in morte invenit.

**1571:** R.P. Petrus Saysi, mortis memor, Libens obiit.

Fr. Rogerius oblatus, vitam Laboriosam, Spe tranquilioris Sponte dereliquit.

Fr. Joannes Daussy oblatus, Curas huius vitæ cum iubilo dereliquit. alumnus Proa Aquitania. an. Profess. 45°.

**1576:** Fr. Gaspar Cognatus oblatus, ærumnas huius Sæculi deplorans cum gaudio expiravit die decima octava septembris.

**1580:** R.P. Joannes Ropitellus, ex Provincia Aquitaniæ, Verbi Dei concionator eximius ob cuius gratiam E$^{mus}$ Cardinalis a Turnone Archiepiscopus Lugdunensis: concessit ordini nostro Conventum in dicta Civitate, in qua per octo annos Subse cusivos conciones habuit in ipsius metropoli: præsertim contra hæriticos et maxime contra Apostatam Viretum, quibus omnibus cum ipsorum confusione Silentium imposuit, ex quæ ipsum pluries et multis modis ad necem quæsierunt; ita ut in ipsorum manus derrenerit, ex quivus omnibus Divina virtute mirabiliter (Sinon miraculose) evasit, vere ab autoribus, Hæreticorum malleus: Sive flagellum appellatus, tandem post tantos agones Divino auxilio fœliciter superatos; in capitulo Generali Avenione 1° celebrato 1578: in Zelosum electus, ante Sui officii terminum præmium Laborum Suorum Sine fine duraturum in venit.

**1585:** R.P. Hieronimus Herault, miserias huius vitæ cum felicitate æterna commutavit.

**1589:** Fr. Sebastianus Tovenin oblatus, ut post Longas fatigationes quiesceret, obiit de mense Augusto.

R.P. Julianus Bonsolas ad metas ætermitatis pervenit die 28 Septembris.

**1590:** R. admodus Pater Mathurinus Aubert, de Religione multis titulis benemeritus, cum Summa reuglaris observantiæ exemplaritate; Provinciam Calabriæ: in officio Provincialis rexerat, in Capitulo Generali Valentia 2° celebrato ad officium Collegæ Generalis assumptus fuerat, et in Capitulo Generali Genuæ 2° celebrato zlosi munere, decoratus est, tandem meritorum Suorum cumulum et præmium invenit, die 29. Januarii.

R.P. Jacobus Troge, de ergastulem huius corporis, Latus et exultans egressus est de mense Julio.

R.P. Thomas Grenule, ad consortium sanctorum vocatus est die 1 Decembris.

**1591:** fr. Jacobus Boulet oblatus, inter manus fratrum Suorum emisit Spiritum mense Januario.

R.P. Arnoldus Jupin, Libens et volens Sarcinam huius corporis deposuit die 18. maii.

R.P. Franciscus Romain, ad Superna antelans animam redidit, de mense Augusto.

**1592:** Fr. Andreas Reul oblatus, meliora Sperans: obdormivit in Domino.

**1593:** R.P. Thomas Le Mur, ad gaudin æterna aspirans, Sæculum alacriter dereliquit. die 3. Septembris.

**1595:** fr. Philippus Richard oblatus, ad tranquillorem Sortem vocatus, obiit, 14 Aprilis.

**1596:** R.P. Joannes Franciscus de Viroduno, cursum Suæ peregrinationis perfecit die 29. Augusti.

R.P. Martinus Tellier, æternitatis iter Ingressus est, die 15. octobris.

**1597:** Fr Michael Pilhart Laicus, viam universæ Carnis Secutus est, 19 Junii.

R.P. Rolandus Girbourd, ad cælestia vocatus: terrena deservit, die 16 Decembris. alumnus Proa aquitania455 religæ. professionis an. 53.

**1598:** R.P. Petrus Colin, per mortem ad Superna Transvolavit, 22 Septembris; hora 1 post meridiem.

**1600:** Fr. Gobertus Belot oblatus, vinculis carnis Liberatus est, 14. die Augusti, Serotinis horis.

R.P. Alexius Le Noir, transitoria despiciens, ad æternum mansura perrexit, 4 septembris, media nocte.

Fr. Claudius secretano Laicus ex Burgundia, mundo mortuus, mundum deservit, 9. Septembris.

**1601:** Fr. Guiglielmus oblatus, post multos Labores, requiem æternam in venit. horas 3 post mediam noctem.

Fr. Stefanus Robert Oblatus, Religiose  et pie obiit de mense Septembri.

**1602:** Fr. Petrus Modafaro oblatus Calabet, post mortem Vitam in venit, 1 Julii.

**1603:** Fr. Petrus Emery oblatus, ex hoc exilio ad patriam vocatus efflavit animam. 15 Maii. professus Proa Aquitaniæ. religiosa professionis an. 34.

**1604:** R.P. Franciscus Langlois, Parisinus, mundum contemnens, cælum Respirans efflavie animam 27 Decembris hora 7 post meridiem.

**1605:** R.P. Joannes Rufus Pharmacopola, Sanitatem æterna Le Blond in morte Invenit. 11 Maii Alumnus Proa Aquitania.

**1606:** Fr. Antonius Serre, oblatus, mundo ultimum valedixit, die 15 Januarii.

**1608:** R.P. Petrus Torres; corpus humo dereliquit ut Spiritus ad astra volaret, 24. Augusti. oblatus.

**1609:** R.P. Franciscus Pelletret, vestigia sanctorum Secutus; ispis associari voluitn die 14: octobris.

R.P. Dionisius Lauriot ex Provincia Turoniæ, Libertatem Filiorum Dei Sperans efflavit animam. 13. Novembris. ob.

**1610:** R.P. Joannes La Touche, Caduca respuens emisia Spiritum. 3. Augusti.

R.P. Joannes Despy, ad gaudia æterna aspirans obiit, die 4 Augusti. oblatus.

R.P. Franciscus Dany, tanquam advena et peregrinus patriam Inquirens ad ipsam tetendit, 22 Augusti.

R.P. Carolus Boers, Sarcinam Corporis deposuit die 9 Septembris, hora 1 cum dimidia post mediam noctem.

**1611:** Georgius Monet oblatus, Curis Sæculi Liberatus est 21 Aprilis hora meridiana.

R admodum P. Franciscus Fortunato Neapolitanus quam Provinciam in officio Provincialis Summa cum observantia gubernarat, post modum in Capitulo Generali Massiliæ 1° celebrato, ad Zelosi munus Assumptus fuerat an 1611 die 22 Maii, Sed ante Incæptum officii Sui exercitium, malvit Incipere Laudes æternas cantarel die 3 Julii.

**1612:** R.P. Stefanus Bossel, Vitam in morte in venit, die 1 Septembris.

R.P. Dominicus Dales, In Domino Sperans mortuus est die 9 Septembris.

Fr. Stefanus Justice oblatus, Burgundus ex Civitate Bariensi Super Albam fluvinem, Spretis mundi huius ad Illecebris; ad perfectiorem vitam aspirans, post novitiatus annum expletum, professionem in hoc Conventu ex nibit, in quo Virtutis exemplar omnibus fuit, Simplicitate austeritate et rigore vitæ fuit commendabilis, Cæcitatem per plurinos annos Summa cum patienta Sustinuit, tandem plurimis meritis clarus ad Lucem æternam properavit. die 17 $7^{bris}$ hora 2 post mediam noctem, de illo noster Dattichy.

**1614:** R.P. Cleofas George post Longam peregrinationem patriam in venit 11 Augusti

**1614:** R.P. Edmont Rogeus, fætorem mortis non abhorvit ut aerem Salubriorem in cælo Spiraret 22 Augusti.

**1615:** Fr. Analdus Dariette oblatus, post Labores; tranquillitatem in venit, die 2 Decembris alumnus Proa Aquitania.

**1616:** Fr. Jacobus Violent oblatus, Feliciorem Sortem cum morte adeptus est, die 4 Augusti hora octava post meridiem.

**1618:** Fr Michael Viant oblatus, pænis huius mundi Liberari gavisus est, die 2 Septembris.

R.P. Joannes Igier huiusce Conventus professus diem clausit ultimum, 10 octobris.

**1620:** R.P. Arnaldus Le Maire ex Civitate Aurelianensi istius Conventus professus, vitam professus est immortalem, die 12 martii.

Fr. Laurentius chevalier oblatus huius Conventus professus, nihit in hoc mundo Sperans obiit die 29 Augusti post meridiem.

**1621:** R.P. Franciscus Fretté de Civtate de Montargis prope Parisios feliciorem Sortem cum morte adeptus est, die 21 Julii.

**1622:** Fr. Antonius Gondon oblatus, post vitam Laboriosam tranquillitatem in venit.

**1623:** Fr. Stephanus Vitalis oblatus, post multos Suodres refrigerium exspeitans, expiravit, die 9 Augusti.

Fr. Stephanus de Pieri oblatus, Laborum Suorum finem in venit 31 Augusti.

**1626:** Fr. Henricus Boulache clericus Subdiaconus, consummatus in brevi explevit tempora multa 2 Maii.

R.P. Antonius Bourgeois, omnibus mortuus, Soli Deo vivere volens obiit 31 Julii.

R.P. Renatus Eslis, post multas tentationes in regnum introivit 11 Septembris.

R.P. Robertus Le Clerc, ad finem pro quo creatus est aspirans, expiravit, die 18 octobris.

**1627:** Fr. Petrus Sellet Clericus Diaconus ad Laudes Deo in perpetuum canendas Invitatus est. 5 Februarii.

**1630:** Fr Petrus Tolosan oblatus, de morte ad vitam translatus est 24 Junii. alumnus Proa Aquitania.

R.P. Bartholomæus Proust, Sibi mortuus est ut Deo in æternum vivat. 26 Junii.

**1632:** R.P. Alexius a Costa Avenionensis, mundo vale dicens ac Creatorem Suum perrexit 20 Julii.

**1633:** Fr. Claudius Bisson, Clericus Parisiensis, in venis egregia et multum amabilis in dolis, cuius præmium recepit die 16 Julii.

Fr. Thomas Guilleton oblatus ex Provincia Provenca qui ut æternum quiesceret, finem vitæ Sortitus est die 28 Novembris.

**1634:** R.P. Bernardus Boutel, qui novies Correctories onus Susceperat, quibus officiis Summa cum Vigilantia et Regularis observantiæ decore perfunctus, pro ipsis æternum muneraturus obiit die 15 Februarii. alumnus proa Aquitania. professus Tolosa an 1584.

**1636:** Fr. Franciscus Hublot oblatus curis Sæculi fatigatus obiit 9 Februarii.

R.P. Honoratus Sigaudi ex Provinciæ Provencæ, Vir in agendis Solertissimus, summis Pontificibus, Cardinalibus, Principibus et aliis multus charus, propter multa huic Conventui beneficia ipsius ope collata, tandem multis modis Suæ Religioni et maxime isti Cœnobio Commendandus, fæliciter obiit die 11 Septembris.

R.P. Nicolaus de La Sale qui multum pro istius Conventus incremento Laboravit, obdormivit in Domino 18 Septembris.

R.P. Gervasius Dasse in agonia positus Cælum aspiciens, expiravit; die 10 Octobris.

Fr. Joannes Valtrat oblatus, ut expeditus viveret mortuus est 12 Octobris.

**1637:** R.P. Benedictus Durand, de morte ad vitam translatus est, 11 Februarii.

R.P. Georgius Carel ut Deum Sine intermissione et Sine fine Laudaret, efflavit animam 2 Septembris.

**1637:** R.P. Franciscus Bon ut bonitatem Divinam æternum Laudaret, Liberter animam reddi obit die 3 Decembris. octogenerius. alumnus aquitania, V.P. Gasparis de Bono patruelis.

**1638:** R.P. Antonius Robineau ex Provincia Turonensi dissolutonem Sui corporis cum gaudio vidit die 26 Novembris.

**1639:** R.P. Joannes Beaumont ex Provincia Lugdunensi Religiosæ observentiæ Spirans odore mortuus est die 9 Februarii.

Hoc anno 1639: ut ossa Religiosorum devotius Custodirentua, nova crypta pro ipsis Sepeliendis fabricata est, ad quam ossa Religiosorum prædefunctorum translata Sunt anno Sequenti 1640.

**1640:** R.P. Gabriel Buignon post multos pro hoc Conventu Susceptos Labores ad mercedem vocatus est die 20 Januarii.

Die 13 Februarii ossa Religiosorum ad novam Criptam (ut Supra dictum est, translata Sunc).

Fr. Nicolaus Le Conte oblatus, de Laboribus Suis rationem redditurus et pro iisdem præmium recepturus, obiit 8 Junii.

**1644:** R.P. Petrus Duguet, ex Provincia Lugdunensi. molem Sui corporis ægré ferens ipsam deposuit, die 27 Aprilis.

**1645:** R.P. Petrus Baudon ex Provincia Campaniæ, corruptibile hoc Libenter dereliquit 20 Februarii.

**1643:** R.P. Gregorius Perrier ex Provincia Provenca, vitam cum Commutavit 29 octobris.

**1645:** R.P. Antonius Vignale Arvernus ex Provincia Lugdunensi, post expletum Theologiæ cursum, ad realem Dei visionem vocatus est 18 Augusti.

**1646:** R.P. Stephanus Pestel ex Provincia Lugdunensi, vir indefessus, dum Exependitoris officium per multos anno; etiam in Senectute, Summa cum omnium appprobatione peregeret, in ipso officii Sui exercitio dum ex Civitate ad Conventum rediret, prope Ecclesiam Sancti Andreæ de Valle debilitate captris, obdormivit in Domino in apoteca cuiusdam Calceolarii die 12 maii.

R.P. Nicolaus Sichon ex Provincia Provencæ. Vir profunda Doctrinæ, Theologus Doctissimus et inaliis Scientiis Versatissimus, ut Scientiam Sanctorulm in æternum profiteretur ad ipsos evolavit 8 Augusti.

**1649:** Fr. Carolus Jolivet oblatus ex Provincia Parisiensi, Summæ observantiæ et profunda humilitatis: in Laboribus nullo modo Sibi parcens, dum in Vinea aquæ traversæ continuo etiam in æstivis Caloribus fatigaret, aeris (ut dicum) malignitate infestatus, cum maxima Spiritus tranquillitate obdormivit in Domino, ita ut in vultu eius, Spi animi resignatio Scu quædam mentis Jubilatio apparere videbatur cum magna adstantium consolatione, die 30 Julii.

**1649:** R.P. Joannes Le Duc ex Provincia Campaniæ, multis madis de Religione bene meritus, magnus Theologus, Regularis observantia Zelantissimus, in Superioritate Sibi austerus, alris amabilis ut probatum fuit, in gerendis negotiis versatissimus, dum Procuratoris officium maximo cum Conventus profectu exerceret et per æstivos calores frequentius præter Solitum fatigasset, febre correptus animam ad Creatorem Suum cum magna animi resignatione misit 3 Septembris.

Fr. Joannes Delpech oblatus Aquitanus huius Conventus professus, Silentii amator, paupertatis magnus Ia observator, postquam per multos annos: magna cum Sæcularium edificatione Janitoris officium exercuisset, ad Januas Paradisi tetendit die 15 Septembris.

R.P. Franciscus Ferrand Parisiensis, Provinciæ Bononiensis professus, vir pietate rigore vitæ pænitentiæ asperitate multum commendabilis præsentia Dei Vivaciter penetratus, Licet in facie exteriori omnibus esset valde benignus, amabilis imo et Jucundus, cum officio sacrista, maxima cum omnium ædificatione fungeretur, febri correptus, in agonia die perseverans, Latrus Jubilans et hilaris quasi visione aliqua illustratus, animam Deo reddidit die 22 Septembris, ipsius corpus duos dies in sepultum remansit, ut Devotioni populi Sicut Satis.

**1649:** R.P. Franciscus Luguet Arvernus ex Provincia Lugdunensi, in qua multis perfunctus fuerat officiis, ut Se ad æternitatis, iter quietius prepararet; ad hunc Conventum accessit, in quo cum plurimos menses ægritudinem patienter tolerasset ad Sanitatem in alterabilem aspirans, obiit die 5 Decembris.

**1650:** Fr. Petrus Berton oblatus ex Provincia Parisiensi, Religiosus magnæ Simplicitatis et innocentiæ Vitæ, inter manus Sui Redemptoris Spiritum Suum deposuit die 18 Aprilis.

R.P. Antonius Du Flos Provinciæ Parisiensis, omnibus multum amabilis, in exercitiis Regularibus valda assiduus, sacræ Theologia Professor, quam cum in isto Conventu nostris Clericis Legeret ad finiendam in Cælo Suam Lecturam vocatus est, die 30 Aprilis.

R.P. Franciscus Delaire Arvernus ex Provincia Lugdunensi, Sacræ Theologiæ professor, per aliquot annos debilitatem pectoris cum respirandi difficultate, mira patientia Sustinuit, cum maxima devotione, genibus flexis habitu Suo Religioso inductus, Sacrum recepit Viaticum paucis ab hinc horis extremæ onctionis Sacramento munitus, cum magna Spiritus præsentia et fortitudine usque ad extremum habitum quem emisit die 23 Augusti.

**1651:** R.P. Joannes Auxion Aquitanus, huius Conventus professus, mira Simplicitatis et bonitates vitæ, mundi honores et dignitates valde despiciens, ad honores æternos translatus est die 24 Julii eiusdem anni 1651.

Fr. Laurentius Tolosan oblatus ex Provincia Provenca Infirma Valetudine per aliquot annos patienter tolerata, quietus et tranquillus obit die 16 martii.

R.P. Basilius Aloysius ex Provincia Provencæ, Senectutem Suam Religioso fine terminavit 29 Augusti.

**1653:** R.P. Guillelmus Duplanté Tolosanus ex Provincia Aquitania, Vir Summæ probitatis, virtutis eminentis, pro observantia Regulari rigorossimus, ita ut in Superioritate pro ipsa conservanda esset inexorabilis. Sibi plus quam aliis austerus, profundissimus Theologus, et multarum aliarum Scientiarum peritissimus, quæ Induxerunt animum Summi Pontificis Innocentii decimi ut illum S$^{ti}$ officii Qualificatorem et Consultorem constituerit, quæ omnia talenta et egregias dotes propter profundum quam profitebatur humilitatem et Sui ipsius contemptum et depressionem Sub medio celaverat, donec R$^{dmi}$ P. Balthar Davila pro tunc Generalis, ipsa manifestare et Super candelabrum ut omnibus Lucerent ponere Imperaverit, et ipsum summo Pontifici et Sacro Collegiam

notum fecerit, in exhortandis Infirmiset maxime agonis antibus mirum talentum et usque adhuc non visum habuit, demum dum Theologiam nostris Clericis Legeret, Seipsum ad agonem mortis fortiter exhortans, Læruset hilaris obdormivit in Domino die 19 Maii, cuius memoria est in benedictione coram hominibus etetiam (ut pie creditur) coram Domino. ætatis anno 52°.

R.P. Petrus Dyeure Campaniensis ex Provincia Parisiensi, vie miræ actionis et Sinceritatis, dum domus Dei tanquam Sacrista curam haberat, ad domum Dei Sie fine mansuram appellatus est die 26 Septembris in meridie.

**1654:** R.P. Claudius Martel Arvernus de Blelé ex Provincia Aquitaniæ, vir in officiis Suis vigilantissimus, dum nimis ardenti zelo Laborat ut horologium recte incederet fortuito Sed graviter et mortabiter, cadens, horam ultimam vitæ Suæ In venit hora prima post mediam noctem die 30 Aprilis.

Fr. Antonius Barriere oblatus Bearnensis ex Provincia Aquitania, mira mansuetudinis et affabilitatis, et ideo post quam corda hominum possederat, ad cor Dei æternum possidendum transiit die 10 Maii hora 3 post mediam noctem, cum ad hunc Conventum anno tantum præcedenti appulisset, in eodem finem vitæ Suæ cum magna animi resignatione Invenit.

**1656:** R.P. Renatus Girard Parisinus exeadem Provincia in Linguarum diversarum idiomate bene versatus, post quam per multos annos acerbissimos podagræ dolores, non Soluni cum patientia Sedetiam cum magna hilaritate tolerasset de ipsis Liberatus est ut æternum Janus fieret 14 Martii hora decima cum dimidia post meridiem.

R.P. Joannes Chappat Velaunensis ex Provincia Lugdunensi, magnus Theologus, Verbi Dei concionator eximius, dum Romam quietus vivendi gratia venisset et peraliquot annos permansisset, ad quietem Sempiternam transvolavit die 6 Aprilis hora Secunda cum dimidia post mediam noctem.

R.P. Antonius Preaud Burgundus Matisconensis ex Provincia Burgundia, vir miræ ansuetudinis et modesti, in tractandis neogtiis peritissimus, scripturas omnes huius Conventus in meliorem ordinem redigere disposverat et Inceperat, Sed dum morbus contagiosus in Civitate grassaretur, et in officio Procuratoris cum magno zelo et Charitate fratrum Suorum necessitatibus et cum nimia fatigatione provideret, morbo ipso contagioso Correptusn non Sine Religiosorum Lacrimis, Letalem et contagiosam hanc vitam dereliquit meliorem et Saniorem (ut speratur Inventurus die 18 decembris, ipsius corpus ut pote) este Sublatum, sepulturum fuit in cœmeteriolo extra Ecclesiam, ex parte Ecclesiam, ex parte posteriori Chori.

**1658:** R.P. Joannes Baptista Marye Arvernus ex Provincia Lugdunensi, Poeta et Historiographus exactissimus, qui huius Conventus chronologiam ab ipsius ortu cum magna fidelitate scripsit, quæ non parum invat pro Privilegiorum nostrorum manutentione, Religiosus vitæ exemplaris, Solitudinis et Silentii amator, demum per mortem ad paradisi amæna virentia perrexit die 10 Augusti, hora octava matutina.

**1659:** Fr. Guillelmus Foret oblatus Retheliensis, ex Provincia Campaniæ, In defessus ad Laborem, hortum Superiorem pro Religiosorum consolatione et commoditate in amænitatem qua nunc gaudet et ordinem proportionatum reduxit, qui Antea erat quasi situs incultus, morum In genvitate et trilari aspectu semper erat, Licet Sibi austerus, demum post multa virtutum exempla, ad Sanctorum Imitationem mortem cum eadem, qua vixerat, a Lacritate Suscepiti die 2 Novembris hora tertia post meridiem.

**1660:** R.P. Guillelmus Lavedan de Vic en Bigorre ex Provincia Aquitaniæ, Semper Sibi in præsentia Dei vacans omnium consortia vitaba, Senio tandem confectus, qua plus hominum consortia fugiebat, eo maius ad Cœlestium civium consortium anhelans, ad ipsos perrexit, die 7 Martii, hora 9 matutina. alumnus Proa aquitanio, Tolosa professus anno 1609.

**1660:** R.P. Joannes Baptista Vatronville Virodunensis ex Provincia Campaniæ erga Beatum nostrum Patrem Sanctum Franciscum de Paula devotissimus, pro Regula ipsius observantia zelantissimus, ad officia Divina cum fervore et Devotione assiduus, Studiorum et Solitudinis tam fervidus amator, ut rarissime e Conventu egrederetur, ipsius ope Ill$^{mus}$ Dnus de Rantigny, multa huic Conventui contulit et procuravit beneficia, et Sacellum Beatæ Mariæ Magdalenæ prope chorum extrui fecit et dotavit omnium titulorum et aliarum rerum quæ ad hunc Conventum Spectani, maxime quo ad Privilegia assiduus et exactissimus in dagator, quæ manu propria Scripsit: quorum multa in archivio Conventus asservantur, ot Si quædam aliquorum in curia perierint, tanta erat humilitate ut dignitates respueres (in quantum oiterat) Satagebat, et si aliquando eas acceptare: cogebatur, hoc non Sine alacrtery mis et eiu Latu fiebat, tantis meritis cumulatus ad extremam Senectutem Scilicet ad annum circiter octuagesimam quintum pervenit, quorum circiter quinquaginta cum magna ædificatione in hoc Conventu consumperat et ita hoc Sæcolum fortiter et constanter dereliquit 20 martii hora 11 Serotina.

**1661:** Fr. Jacobus Pelletret Lingoniensis, Provinciæ neapolitana professus, Laicus, adomnia officia etiam minima semper paratus, peculiarem erga Beatam Virginem devotionem habebat per aliquat annos coecitate oculorum afflictus, nunqua Suas devotiones intermisit, talem afflictionem, Sicuti alia provectæ Senectutis incommoeda, mira patienta histinuit, tandem ad Deum Sine fine videndum vocatus est, die 23 Maii hora prima post mediam noctem.

**1663:** R.P. Phillippus Beauvarlet Picardus ex Provincia Parisiensi, Privilegiorum huius Conventus in trepidus defensor, pro quorum conservatione multa Incommode et paves mortificationes etiam exilium ab hoc Conventu Justinuit, quibus omnibus fortiter et magna constantia toleratis et Superatis, ad hunc Conventum cum homore revocatus, in eodem finem et mercedem Laborum Suorum invenit die 16: Martii hora octava Serotina cum magna animi resignatione et Invicta patientia in doloribus morbi Sustinendis.

**1664:** R.P. Bonaventure Malarives ex Provinciæ Provencæ, miræ observantiæ virtutis omnibus exemplar, maximæ erga Fratres Suos maxime Infirmos charitatis; quos modis omnibus adivirabat, ope Pharmacopolia huius Contus qua administrabat, ut pote in medicina doctissimus, denum fructus tanta caritatis collecturus obiit, 16 maii hora 7 serotina, ætatis annorum 63.

**1664:** Fr. Bernardus Mathelin oblatus ex Provincia Parisiensi, Vir Summæ prudentiæ pro gerendis negotiis acutissimi ingenii, quod talentum mira humilitate con diebat, quæ ipsum amabilem omnibus faciebat, tandem ad bravium vocatus expiravit die 1 octobris hora 10 Serotina.

**1666:** R.P. Jacobus de Charron Parisinus et eiusdam Provincia professus, vir Virtutis admirandæ et Imitandæ, magnæ simplicitatis, regularis observantiæ zelator strictissimus, nullo modo sibi parcens in austeritatibus, et mortificationibus, post modum totus hilaris et Lœtabundus: pacifice animam reddidit 31 Julii hora meridiana ætatis 63: annorum.

**1668:** R.P. Joannes Petrus Buffat, Vasco ex Provincia Aquitaniæ, Pharmacopoliæ huius Conventus administrator fuit unus ex illis qui exilium ab hoc Conventu et multa alia pro Privilegiorum conservatione passi Sum, et ad illum demum cum alis revocatus, in eodem, medicinam pro curatione omnium in orborum in morte invenit 27 Januarii hora 2 post mediam noctem. Tolosa professus an 1620.

R.P. Petrus Diion Burgundus eiusdem Provinciæ professus, ad officia Divina assiduus, miræ Simplicitatis et Ingenuitatis, cum magna patientia difficultatem respirandi sustinuit, ut aerem Salubriorem in cœlo respiraret, mortuus est, 6 octobris, hora 4 matutina ætatis ann 70.

**1669:** Fr. Joannes Cambal oblatus ex Provincia Provencæ, vitam istam terminavit 24 Januarii hora 9 Serotina.

**1671:** R.P. Joannes Antonius Laget Provinciæ Provenca professus, dum pharmacopola munus ageret et ægrotos chanma charitate tractaret, ad Deum qui Charitas est pervenire mervit die 11 februarii hora 7 Serotina cum dimidia.

**1672:** R.P. Dionius de Noillan Vasco ex Provincia Aquitaniæ, nobilissimæ et Ill$^{mo}$ stirpis ut pote magni Commendatoris Melitensis Nepos, fuit acerrimus et zelantissimus Privilegiorum huius Conventus defensor, pro quibus tuendis, exilium et alia multa sustinere: non est de dignatus, tandem ex omnibus periculis Liberatus, a Servitute corporis Liberatus est, die 19 Januarii hora prima post meridiem. Professus in Contu Cesalensi an 1630.

Fr. Jacobus Rousselot oblatus ex Provincia Burgundiæ mortuus est die 22 Junii.

R.P. Julianus Brosse Lugdunensis Provinciæ professus, inconciomando facilis, in rebus agendis expertissimus; et indefessus, ad superioritates frequentissime elevatus, dum Superior huius Conventus existerat, ad Superioritatem cœlestem vocatus est, 29 Junii, hora 6 Serotina.

Fr. Joannes Ludovicus Savornin oblatus ex Provinciæ Provenca, omnium virtutum; exemplar: mansuetudine prosertim et patientia, Impatienter ferens huius Sæculi miserias a Rege Sæculorum Immortali vocatus est, die 3 octobris.

**1672:** Fr. Petrus Prevost oblatus ex Provincia Parisiensi; pietatis et aliarum virtutum exemplar; dum ad ipsum Imitandum confratres Suos Invitaret, ad Beatorum Spirituum contubernium Invitatus est die 12 Novembris.

**1676:** Fr. Michael Gaignot oblatus Provinciæ Turonensis professus, post Longam carnis macerationem, Spirititus exultationem, quæ sivit, 29 martii hora 11 matutina.

**1678:** R.P. Albertus Vidal, Provinciæ Turonensis professus, vir omnibus modis Commendandus, in Superioritatibus Regularis observantiæ zelantissimus, in omnibus, quibus perfunctus est, officiis, vigilantissimus, cui hic Conventus multum debet, nam Patris Antonii Preaud uistigia Seu desiderium incœptum Secutus; scripturas omnes huius Conventus ad talem ordinem reduxit ut omni ambage Soluta: omnia huius Conventus negotia; facillime dignoscantur, et ideo fuit quodammado perpetuus Conventus Procurator, et nisi fuitsset gravissimis Infirmitatibus detentus; quad Exemplari cum patientia tolerabat, alia multa commodiora pro Procuratorum intelligentia fecisset, Sed morte preventus, ead Successoribus Suis facienda reliquit, et Sic plenus meritis obiit die 21 Julii hora 10 matutina, ætatis ann 63.

**1680:** R.P. Nicolaus Abraham Guye ex Provincia Burgundia, vir mira mansuetudinis, in agendis Capacissimus et diligentissimus, ut in Procuratoris officio experientia comprobavit post suum e Gallia redinum, morte Subitanea Sed non Improvi Sublatus est 19 Augusti hora 7 Serotina.

**1681:** R.P. Joannes Rousselot Provinciæ Burgundiæ professus post graves Infirmitates imitanda cum patientia toleratas, ab ipsis Liberatus est 28 octobris, hora 7 cum dimidia serotina, ætatis an 60: professionis Religiosa 36: ad Laudes Divinas in choro Canends, multum assiduus et Cantonis officium usqs ad finem cum gaudio exervit.

Fr. Pontius Tossaints Reteliensis qui per aliquot annos magna cum humilitate tanquam Bonatus Sive Tertiarius deservivit et christiane obiit 4 novembris hora quinta matutina cum dimilia.

**1682:** R.P. Franciscus de Cappony de Feugerolles ex Provincia Lugdunensi, vir multis meritis clarus, erga Beatum Patrem nostrum Francisicum de Paula devotissimus, ipsius Regula observantissimus, et Si multum gravis et meodestius: tamen omnibus amabilis et affabilis, ad Superioritates valde Idoneus, dum Correctoris officium in hoc Conventu exerceret, miserias et vicissitudines huius Sæculi ægrem ferens, malvit ab omnibus ipsis Liberari quam eas ampluis videre et sic in pace emisit Spiritum die 20 Junii hora 11 matutina, æta an 45 professio 24.

Fr. Franciscus Bret oblatus ex Provinciæ Provenca, mortale exuit 21 Septembris.

R.P. Gaspar Noirat ex Provincia Lugdunensi, domiranda Simplicitatis et bonitatis, de quo diei paterat quod ad huc permanebat in Innocentia Sua, cuius præmium in Cœlo exspectans, cum Summa pace et tranquillitate expiravit 26 8bris hora 7 Serotina cum dimidia, aet an 54 prof 37.

1684: R.P. Arnaldus Mercadier ex Provincia Aquitani, post nes annos in Infirmatite continua patienter toleratos, omnibus matis Liberatus est die

25 Decembris ut christo mascente in terris, ipse in Cœlis nunquam moriturus nasceretur Biterrensis professus Tolosa an 1633.

**1687:** R.P. Simon Bruyant ex Provinciæ Campaniæ, Summa Sanctatis, ad omnes Labores indefessus, nullo modo Sibi parcens, dum Correctoris officio pro tertia vice fungeretur, Immortalitatem induit 18 Julii, ætat an 68.

**1688:** Fr. Bartholomæus Monteclar oblatus ex Provincia Lugdunensi, violentis doloribus per aliquot menses patienter toleratis, finem ipsorum cum fine vitæ Invenit die 2 Februarii ætat an 38. profes 5.

**1689:** R.P. Franciscus Noel Carnutœus ex Provincia Turoniæ, Vir omnibus benevolus et gratiosus, in rebus Romanis peritissimus, nam cum annum octogesinum tertium ageret, sexaginta circiter in hoc Urbe commoratus est, ad matutinum officium media nocte valde assiduus, per duos ciricter annos ante obitum deficiente natura prœ virium debilitate, nulla febre nec allis doloribus correptus pacifice et tranquille absqp ulla ui Spiritum emisiere hora quam tantopere veneratus fuerat Scilicet media nocte in primo pulsu ad matutinas, die 10 Decembris annum professionis agebat 62.

**1694:** Fr. Antonius Jacquier Lugdunensis ex pago Sanchamen oblatus ætatis annorum 62, professionis religiosa 41: Servitio Conventus multum addictus cui in pluribus officiis fideliter in seervivit cum magna vigilantia in utilitatem Conventus fratrum consolaonem et Sæcularium œdificationem usque ad extremum vitæ

periodum Licet uariis gravibusq, infirmitatibus oppressus ita ut dum Janitoris officium exerceret, ad ianuam Paradisi in Laborum Suorum remunerationem (ut pie creditur) feliciter pervenit 23 Februarii hora nona Serotina cum mterio quadrante.

**1696:** R.P. Gerardus Guetin, Septuaginta annos duos agens ex Provincia Ducatus Burgondia A Comitatus Burgund Provinciæ Ex provincialis Gerbi Divinioni prœco ex vinius, et Pe Eius demgerbi Divinigni agnifadrie actualiter Componens, Carcinam Corporis Deposuit et Ipso facilius feueretus æterno hac die 11 augusti 1696.

**1697:** R.P. Joannes Pommier ex Proa Ducatus Burgundiæ in pertractandis huius conventus negotiis peritissimus; pro quibus etiam multum in sudevit demum per aliquot annos gravibus infirmitatibus prœsertim podagra Laborans: iisqp Summa cum patientia toleratis; ad requiem Sempiternam cuolavit 23 februarii annum agebat 74.

**1699:** R.P. Ludovicus Billaudel ex Provincia Campaniæ annum ætatis agens 44: professionisuero Religiosa 24: observantiæ regularis tenacissimus morum ac Suavitate insignis, in Solitudinis amorem Summe propensus cellulæ Suæ Secreta custodiebat, hominum consortia fugiens: ut Libentius Deo fueretur, vita multis ac uariis infirmitatibus agitatam egit at prœcipur acuto uesica dolore et continua Loto difficultate uexatus est in his tamen Licet gravit

morbis fervor eius devotionis non Lente Scebat, die nocte que in oratione creber fuit, at tandem qui choro cum fratribus inter fuit assiduus et indefessus, inter choros Angelorum fut pie creditur) admissus fuit die 5 mensis Aprilis.

**1702:** R.P. Franciscus Madon ex Provincia Provenca ætatis ann 42 professionis Religiosa 22: post diuturnum Langorem Summa patienta toleratum feliciter et cum sumam tranquillitate expiravit die 23 Aprilis quæ erat Dominica in Albis.

Frater Franciscus Gros oblatus Arvernus ex Provincia Arveniæ ætatis annorum 44. orifessuibus Reliogiosæ 18: post acutissimos dolores per 50 dies circiter Summa patientia toleratus cum perfecta animi rsignatione et pluena Sui cognitione usqs ad extremum vitæ periodum obiit die 21 Augusti hora circiter undecima Serotina.

**1706:** R.P. Gaspar de Seve ex provinciam Lugdunensi, sui pro fratrum nostrarum Defunctorum Sedulo inquirenis Scriptorumque monumentis consignandis prœclaras meritas et virtutibusnen mediocriter Insulavit ipsemet plenus dierum et virtutum in Senectute bonam quievit mediam nocte in primo pulsu ad matutinas horas die 24 Novembris 1706. Natus Lugdun 18 Augusti 1630 professus 24 augusti 1646. Sacerdos factus 20 septembris 1653.

**1713:** R$^{mus}$ p. Zacharias Roslet ex provincia Campaniæ Theologus verbi dei Concionator eximius qui propter amplissimam ingenii Capacitatem ad religionis dignitate fuit βequentissime Ecclesiam bis provincialis semel collega generalis pater cuiu totius religionis Aplacsa per novem annos

